lisque circularibus concentricis apertis, nec non clausis plicatis. Idem cum aliis fungulis lamellâ spirali â peripheriâ usque ad eorum centrum nonnihil elevatum regulariter ductâ, nec non aliis fungulis ut in praecedente &c. et Stella marina Tetracti. Sequeti &c.

Lapides frumentarii admodum rari.

143. Lapides frumentarii variâ faturâ nigrâ Cochlearum, Conchulorum, aliarumque quisquiliarum marinarum imbuti. Idem flavescens Montis Pileati cum faturâ Porcellanarum adhuc expandendarum &c. item cum eadem faturâ diversimodè expolitâ. Idem pulcherrimus Lucernensis politus cum faturâ Stellularum, Patellae cucullatae, Porcellanae, plurimorumque Testaceorum marinorum: Solenum, Acetabuli &c. Cochleatarum conoidearum, Cylindroidearum, Tellinum &c.

Caput XIII.

Cornua Ammonis. Ainss-Hörner.

Sectio XLI.

De Cornubus Ammonis articulosis, solidis, levibus, et striatis, eorumque partibus, foliaceis, atque nonnullis incompletis cum quibusdam Matricibus.

§. 144.

Cornuum Ammonis Spondylolithae.

Spondylolithae Cornuum Ammonis articulosorum solidorum spinâ acutâ. Spinâ inter duos sulcos eminente coracoidaei dicti. Tres coniuncti, seu inter se uniti maximi. Iidem in supino situ.

145. Cornuum